



Codex Poeldner

Szeben Állami levéltár - Ms varia Tl 81.

122 - 129. 236 - 37. 246 - 249.

Ado M. 2

de G. 11.

de G. 11.

8. Junis.

Annō 1557.

122. No 1125. d. 8. Junis.

# Synodus VII. utriusq; in Transilvania Nationis, A. 1557. Claudiopolitanae Festō S. S. Trinitatis instituta.

Confessio de Coena.

In hac advenat unanimis utriusq; Nationis Pastorum Confessio, in Urbē Coena Dominica, in oib. Auspicijs consentiens, eademq; Dno Philippo Melancthonē censenda transmittit Vireberyan, hīsonas:  
Reverē sentimus et fatemur, secundum Institutōem Christi, Coenam Dni ee actionem certi gnrī sanctissimā, et gravissimā, quam ipse Filius Dei, ois Sapientia largitor et Auctor, ex inenarrabili amore erga genus humanum, valedicē nobis, instituit, et ordinavit. In qua actione, manducacōe panis, et sumtione vini simul nobis exhibet atq; impertit, q̄ formam testamenti corpus illud, quod pro salute gnrī hīi acerbissimō cruciatu sustinuit, et sanguinem, quem pro nobis effudit in cruce. Haec a. ~~Actū~~ instituta est ab ipso Christo, ut utentib. in memoriam teneret magnificā et salutaria beneficia, q̄ ipse humani gnrī prestavit, et exsuscitaret in nobis fidem, invocacōem, confessiōem, spem justificacōis ex morte, piā reverentiam et gratitudinem erga Deum, qui propter hanc victimā verē nos exaudit, recipit et salvat. Hanc Definitionem iudicamus ee perspicuam, non ex unica parte verborū Institutōis, d. ex toto corpore desumptam, in qua manifeste omnes errores, cum veritate pugnantes, refutant, uti sunt:

Excluduntur:  
Pompa Persica.  
Prohibitio aliarū speciei  
Transsubstantiō.

- I. Pompa Persica, in qua fami argenti et auro inclusus, ex sua instituta actione circumfert et adorat, cum x̄ usum, rādem minime obtineat Sacramenti.
- II. Prohibitio alteriū speciei, q̄ cum verbis Institutōis, et primitive Ecclesie Testimonis manifeste pugnat.
- III. Transsubstantiō; neq; in hac Propō: Hic est corpus meū q̄. scilicet talem conversionem et transmutacōem corporis et sanguinis Christi, cum pane et vino Sacramenti convenientem. Quamobrem ead. de cāā D. Paulus vocabula fami et vini retinet, et usurpat, peractā in consecracōe.

Actū Claudiopolitanae, A. 1557. Festō S. S. Trinitatis

Noia eorū, qui huic Confessioni, suo et absentis suū, presentib; nōe subscripserūt.  
M. Sebastianus Bolding, Past. Ecclesie Rostocien, ac Lugint. in inferiori Pannonia. Matthias Heblery, Past. Abin. ac Lugint. Natiois Saxonicae in Transilvania. Franciscus Davidi, Past. Claudiopolit. ac Lugint. Natiois Hungar. in Transilvania. Casparus Heleky, Senior Episc. Claudiopolit. Michael Deretkegy, Curastec Claudiopolitanae. Nicolaus Fabricius, Past. in Insula Christiana, ac Dec. Capit. Libin. Franciscus Salicau, Past. Bisthab. Matthias Plagi, Past. Richmen. nōe Ami et Rom. Dni Vincentii, Pastoris Muphnarii, Dec. Parialis, et reliquorū suū duarū sedū, et Capit. Medien, subscripsit. Matthias, P. Episc. D. Ei Latinae Superioris, ac Dec. Capit. Bistrien. Albertus Draconius, P. Bistrien. Adamus Tomarius, P. Heghendorf. Laurentius Klein, P. in Zolna. Stephanus, Pastor in Alincz, Collega Christi Cystic. Chranus Cystig, P. Zabezien. nōe R. Vin. Georgius, Pastor in Magna Polva, quib; Capit. Decan. Mich. Horvath, P. in Huda, ac Archi-Diac. Szilayen. Emericy Chad, P. in Huda. Dionysius Alessius, P. in Fener, et Dec. Galien. Ambrosius Macera, P. Egedia, et Archi-Diac. Küköli. Johān. Hunyadi, P. in Theres, Archi-Diac. Süköli. Johān. Rozzasi, Decan. loci Past. et Archi-Diac. Solnokien. Albertus Nag, P. in Bosa, Archi-Diac. Comitatus Doboa. Loh. Jegeny, Past. Thordy. Guldery, Comitatus Archi-Diac. Michael Nagypalu, P. Hungarica, ac Archi-Diac. Visky Kolotta. N. In hac Synodo

NB. In hac Synodo m. meam de Imaginib. in Templis, [sic] in volumine meo Actoru Synodaliu, p. 63. c. f. h[ic] ventilatam oportuisse, l. ipsu iudiciu subsequenti Philippi Melancthonis restat.

SYNODUS VIII. A. 1558. d. 1. Maji, iterum Provincialis, coit. in Oppido Thordaa.

Judiciu Philippi Melancthonis de p[re]ced. Confessione.

Ubi prelegi iudiciu Philippi Melancthonis, de p[re]cedenti Confessione, cum adjuncta Formula Confessionis Vitebergen, ad quam Philippus in hoc Arto Coena Dni. Ecclesie Transilvanicae remittit. Iudiciu ita habet: Saltem! Quilibet h[ic] abt corpus D[omi]ni Ch[ri]stiana integra de se capere statuere, se velle vivere ee vere Eccl[esi]e D[omi]ni. Et abt considerare, q[ui] et ubi sit vera Eccl[esi]a, j[ux]ta dictum: E[ss]et ea Eccl[esi]a Catholica, Sanctoru Communio. Debet m. cogitare, q[ui] invocet? et ad vere Eccl[esi]a invocem adungere suam invocem, et fugere manifesta Idola, Ethnica, Mahometica, Papistica. Multi a. past[or]u vagant, qui, cum non curet p[re]cipuan D[omi]ni Ch[ri]stiana partem, excipiant quaedam minus venia, de q[ui]bus tumultuant sine fine. Ut sit abt, q[ui] de Statu, et de Abrenunciatione. s. Exorcismo, s[ic] vocant, q[ui] sit illi ubi ante Baptismu, litigant. Oio nexium est, discernere in D[omi]ni et Cultib. D[omi]ni res venia a non-venis, sicut Syracu. 3. Cap. 12: Quae maddavit R[ati]o D[omi]ni, ea cogitanda sancte. Et in non-venis aliqua m. infirmis condonanda sunt, ne Eccl[esi]a p[re]cipua et moesta, magis saeviant.

de Statu et P[re]sentia

De Statu venia est D[omi]ni, ne adorent, c. ad eam fiant concupis; d. removere o[mn]i[um] statua et pictura ex privatis et publicis aedib. non nec est. Operam igr, non moveri tumultu, de iis auferendis e templis. Sed quis removel, etiam non vult eum damnari, s[ed] s[ed] removel sine seditione. Et in neutra parte moveri debet h[ic]ina velim.

de Abrenunciatione in Bap[ti]smo

Professio et Abrenunciatio in Bap[ti]smo adolentu p[ro]p[ri]a est venia. Sed infantu: recipi utq[ue] et vere sunt membra Eccl[esi]e per Bap[ti]smu, etiam si Professionem et Abrenunciadem, c. fiant, c. faveri possunt. Volo ut publica p[re]cipua Eccl[esi]e pro Infantib. ante Bap[ti]smu fieri. Volo et legi Testimoniu Evangelii: sicut parvulu venire ad me. Matth. 19, 13. Et h[ic] et h[ic] in Cultu n[ost]ro, p[re]cipua et lectionem ante Bap[ti]smu infantu. Si q[ui] verba sunt in Exorcismo, et in Professione, de q[ui]bus litigant nonnulli, cyogo. de eis nullu rixari moves, d. condono q[ui]dam consuetudini. Aliubi in Cultu recte docentib. Exorcismi et illa Professio, q[ui] sunt per Superiores, absoluta sunt. Dedi consiliu, ne rep[re]sentent, ne move rixa oriant. Dicat sine timore et frigore, q[ui] nolo de talib. reb. rixari. Oremus me vivere ee h[ic] Eccl[esi]a vera, q[ui] complectit Confessionem n[ost]ram, que extat: Et q[ui]dam infirmis s[ic] condonanda ee sentio. Sed s[ic]o, notis controversiis m. laudib, postea certari odio et ira. H[ic]e mala deplorare, et precor Filii D[omi]ni, ut, et servet Eccl[esi]am, et nos in ea, et nos gubernet.

de Coena Domini.

De Coena D[omi]ni difficultius est certamen. Sed Papistici erroru manifesti sunt, qui x[rist]i m[er]itu usu circumstant panem, reponunt, offereunt, et ibi adorant. Contra hos tenet regulam: Nichil h[ic] noem sacramenti, q[ui]a non h[ic] x[rist]i m[er]itu usu. Quia creatura o[mn]i[um] instituit te Sacramenta. Hac Regula p[ro]p[ri]a, nulla falsa adorandi vult. Nec Eccl[esi]a poterat hanc Regulam reputare in conventu Ratiobonensi.

Postea de m[er]itu usu in vera Eccl[esi]a, de manducate, ad firmo p[ro]p[ri]a. Filii D[omi]ni veri, et substantiaver ad esse in Mystero instituto presentem. Quia persona est, ab aino Patre misa, ut p[ro]fessio Evangelii ee sinu Patris serm, et sit effugare, ut colligat Eccl[esi]am. H[ic]e persona in hoc Mystero sit adest vere et subst.

U Nach dem gedruckten Exemplar in Haager NB major II, 63 ff. bloß Pastor der Nationis Hungaricae, videretur, unter dem Superscript. Franz David, 1741. Haager Hist. coll. Manusc. 522 ff.

Substantiali et efficiat, et communicat corporis et sanguinis Christi facit nos sibi membra, et sese, et beneficia sua nobis applicat. Sicut et Hilarius dixit: Haec sumpta et hausta faciunt, ut Christus sit in nobis, et nos in ipso.

De hac Communicatōe in Sumptione loquitur Dominus: Accipite, manducate etc. Et de praesentia Filii Dei in Mystero homines docendi sunt, et de applicatōe, quā se ipsum nobis applicat, et nos sibi membra facit, verē et substantiali-  
tē praesentē. Nec fingat, Coena Domini eē mane spectaculū. Existimo a. consuli pōtē comūni Concordia, si citra formas loquendi, utriq; maneat, quas in Confessione nra posuimus, quam mitto. Non defendim; ea, q̄ instituta usum Papistae addiderunt; q̄. remota, existimo, pōtē concordiam in Ecclesijs Vris constitui. Et oro ipsum Filium Dei, Dnm nrm Jesum Chr̄m, ut semper Ecclesiam sibi & nos colligat, et nos gubernet. Et ad Confessionem publicam nram, publicē editam, me refero.

Haec scripsi, ut Concordia Ecclesiarum consulam, o ut atrovia certamina excitem. Et p̄ro, sic consideret. d. 16. Jan. A. 1558.

Philipp. Melancthon.

Verba Confessionis, quod hunc Solum, ita sonant: Sic exordium Ecclesiam: Accessimus ad Coenam Domini, Confessio et Coena. Operere Remissionem, s. Conversionem afferre, et accensam jam fidem, in cogitatōe de morte et resurrectione et beneficijs Filii Dei, querere hinc confirmatōem fidei hujus: q̄ in usu Sacramenti fit testificatō, quae ostendit, ad Te q̄ pertinet beneficia Filii Dei. Fit et Testificatō, q̄ ostendit Te sibi membra adjungat, et quod sibi Te, sicut dicit: Ego in vobis etc. Monemus m. ne existiment, p̄pter hoc opus, s. Obediam hanc, remitti peccata, d. ut fiducia intueant mortem, et meritum Filii Dei, et resurrectionem ejus; et statuunt, p̄pter ipsū nobis peccata remitti, et velle eum hanc fidem hac beneficentia et testificatōe confirmari; cum hoc modo fides, consolatio, gaudium conscientiae, et gratiarum actio crescant, p̄dest Sumptio; Nec admittunt ulli ad Communionem, nisi prius a Pastore, a Collegis ejus auditi sint et absoluti. In hac exploratōe inrogant; Saepe exordium rudiores de tota doctrina; et d. Absolūtō promulgat. Docent n. h̄nc, Sacramenta esse actiones divinitus institutas, et q̄ usum institutum, res ipsas non h̄ere ratiōem Sacramenti, d. in usu instituto. In hac Communione verē et substantiali ad eē Christum, et verē exhiberi sumentibus corpus et sanguinem Christi. Christum testari, quod sit in eis, et faciat eos sibi membra, et quod abluerit eos sanguine suo, sicut et Hilarius inq̄t: Haec accepta, hausta, efficiunt, ut nos in Christo, et Christus in nobis sit.

Aliam q̄ Confessionem in eod. Solum ibidem Thordae adornatam, sequenti Anno 1559. ad Serenissimam Alia Confessio.

Poloniae Regem, iidem Pastores, utriusq; Nationis transmittunt, ab eodem plebo sensu approbata; q̄ ita sonat: Principio fatemur, Coenam Domini eē Antiquam Sacram, a Christo institutam in ultima Coena, in qua post recitatōem verborū, nobis cum pane et vino, verē et substantiali exhibet corpus et sanguinem, in eum finem, ut in nobis excuset memoriam salutiferæ suae Passionis, fidemq; accendat, quā certo statuimus, illi velle nobis uniri, et gratia remittere nra peccata.

Secundo, nec hoc quocūq; quemquam arbitramur negare pōtē, quod Christum Auctorem et Institutorem hujus Sacramenti adstruimus, cum hanc eī rei testes Evangelicis et Ap̄st̄m. Iudicamus a. istud valere, ne quis tantam sibi usurpet potestatem, aliq̄ mutandi in Testamento Christi, cum et h̄nc Testamentū confirmatū, nemo spernat, a addat aliq̄. Gal. 3. Hinc liquido apparet, eos eē Violatores Testamenti Christi, qui alteram speciem auferentes, solum unam Latius porrigendam statuerunt. Illorū igit, ne simul cum eis Christi institutum mulerent, eorumq; dogmata impium, et integritati Sacramenti injuriam, rejicimus.

Tertio, quod dicimus, post recitatōem verborū in Coena Domini, nobis cum pane et vino verum corpus Christi ad manduc

+ ad manducandum, sanguinem v. suum ad bibendum exhiberi, id duplici de causa facimus. Primum, ut nram  
 + et eius assercionem distinguamus; qui dicunt panem post consecrationem inire naturam et conditiones vini  
 + corporis, quod usurate vnt Transsubstantiationem, his aperte prohibemus, mram panis mysti, post consecra-  
 tionem substantiam esse alterationem, d. manere panem in sacra Coena, et tñ nobis revera cum illo verum corpus  
 Christi dispensari, idq. virtute Circumstantis D. E. qui dicit: Accipite, edite, hoc est corpus meum. Ideo Paulus  
 appellat panem, corpus Christi, hunc mutato sermone panem, hunc rursus corpus, ut istam copulationem offer-  
 dat. Et Irenaeus manifeste Exasperat constare duabus rebus dicit, altera terrenam, et altera celestem.

Deinde crassum et permissivum Ecclesiam errorem eorum damnamus, qui superbiam rationis excitati, D. E. i  
 mendacem facientes, et panem cum vino post consecrationem totig corporis et sanguinis Christi participacione pri-  
 vati contendunt, Superbe asseverantes, externam actionem Sacramenti, sufficere, vris manducacionem super-  
 fluam esse, et profus inutilem, et qd ibi nihil amplius edamus et bibamus, quam simplicissime panem  
 et vinum. Externam igitur Actionem, sive vris manducacionem, sentimus vneriam esse, et simul in verbis  
 Christi contineri. Cum n. dicit: Accipite, comedite etc. vult, ut haec sua verba imperativa pensemus bene,  
 c. offerentes, tñq. sumida, transsumamus. Duo a. in his potissimum continentur: Primum, ut Sacramen-  
 to utamur, et cum his elementis visibilibus veru eius corpus edamus, et sanguinem hauriamus. Hanc  
 externam manducacionem Ecclesia vocat Sacramentalem. Id. offerunt promissionem Evangelii pro-  
 priam, de remissione peccatorum, corde et vera fide amplectendam, et haec est spiritalis manducacio.

Ad haec confitemur, ad participacionem huius Sacramenti communem esse viam, tam pii, quam impij, d.  
 nra culpa fieri, quod quidam digne, quidam indignè sumant. Unde nos hortatur Apostolus, dicens: Probet  
 a. seipsum hoc, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Quam mentionem nequaquam opus fuisse si  
 ad impios non pertineret. Porro, quod attinet ad spiritalem usum sacro-sanctae Eucharistiae, qua  
 fides nra, de remissione peccatorum nobis impetrata confirmat, non existimamus opus fore longiore  
 narratione, cum verba ipsa testantur, hanc Coenam ideo à D. E. esse institutam, ut ea usentes con-  
 tinuantur de beneficio Filii D. E. et exsuscitent in nobis certam fiduciam, de remissione peccatorum.  
 Haec cum ad verba parvi nobis facile concedat, pio studio in Ecclesiis nris docemus, haec Ceremoniam re-  
 verenter et devote utendum esse.

## SYNODUS IX. Anno 1559. à Regina Isabella, archiepiscopi Francisci

Davidi, Medgyeshini ad 14. Augusti convocata. Ex meritis constanti Pastore. Saxoniae, qd dicitur  
 Franciscus in parte Calvinianorum pertrahere conabat. Ad hanc Indylta Vistula Saxoniae  
 Polonica, metuens periclitari cognitam Synodii vntem, Legg. mittit Literas:

Rvndis Dm. Matthiae Heblers, Superintendenti, ceterisq. Saxoniae Ecclesiarum, p. Franconiae Pastoribus,  
 qd in Civitate Medgyesh constitutis, Dm. Amicis, honorandis. Salutem C. C.

Rvndis Dm. Amici honorandis. Salutem, et sinceram Concordiae felix Incrementum.

In illigant, in quibusd. Ecclesiis quorundam dispersionem esse in Religione ortam, propter quod n. R. V. D.  
 convenisse, percipimus, precamur. Dm. nrm Jesum Christum, Mediatorem et Intercessorem nrm, ut foru suo d.  
 auentat,

Synodus ante Davidi  
 Isabellae cita.

Etia Dm. Graustoru ad  
 Synodales.

accendat, gubernet et regat corda Vra, quod nascenti malo resistere, et in vnae fides et d'ima constanter perse-  
 verare possitis, id quod facit D. Eur. Amen. Sed, q' nemum e, malo prevenire, dum adhuc in herbis est, et u-  
 nus, q' in fide sua certus ee debeat, certi itaq' sumus, et constanter affirmamus, Drinam, q' hact. in nris  
 Ecclesiis sonat, ipsam verum ee, consonam Apostolicis, et Divinis Patrum Scripsi, et, ne latius q' unquam ab  
 ea discedere volumus. Et cum maxima, precipuaq' nra cura ee debeat, ut Cultus vng. et Religio christiana  
 in Ecc. iis pure observet et conservet, ne improvida et inconsulta multitudo, miselly populis in errorem  
 labat, quocirca R. V. D. rogamus, et per Jesum Christum, i' orantem Patrem suum pro nobis, ut unum  
 simus, sicut et ipse, cum Patre et spiritu S. unum sunt i' obsecramur, quo nullam aliam Drinam amplectantur,  
 quam eam, que hact. in nris Ecclesiis observata est. Cetero q' q' Frates commone et hortari velint, ut et ipsi  
 simili constantes sint, neq' ad omnem ventum facile se moveri sinant, quando nullis modis, nulliq' ratio-  
 nib' Ecclesiis Saxonis Drinam aliam predicari admittent, quam eam, que hact. in Ecclesiis nris, e' Law  
 D. E. O. M. J. pure et sincere, non vulgata est. Capite R. V. D. quam felix valere optamus.

Date Libinis, d. 14. Augusti. A. 1559.

Magistrum Civium, Iudices, ceteriq' Jurati, et seniores Civitatis Libinensium.

Ceterum erant in hac Synodo pleriq' Pastorum, Senes, vna modestia magis ornati, quam artium adhi-  
 putationem nenarum Inceptis et usu instructi, q' propter temporis injuniam. Cum q'hi variorum, exercitior  
 to et veteranos milites sibi objici et opponi viderent, institere omnes nris precib'. apud D. Eur, ut Deus  
 benignissus Ipse caam suam tueri, et i' fraudes, imposturasq' Sophistarum progugnare vellet.  
 Meminerant enim, propriu' Divinae Majestatis opus ee, humilia exaltare, atq'q' deprimere. Hae dum fiunt,  
 opportunis e' Clementissiq' D. Eur, rerum horumq' Sator, duos insignes, et serena laude dignissos Ecclesia  
 Heroes et Athletas acerrimos, in vna Divinae promissionem, praeter vnam opinionem, in aciem, i' haec mon-  
 strorum agmina eduxit, nempe: A. Dnm Matthiam Heblerum, Past. Libinens. et Saxoniae Gentis Ep-  
 scopum, qui ingenio, Drina, eloquia, magnificaq' vi et dextera, explicandi ea, que a'is conceperat,  
 plurimum valebat; et M. Dionysium Alesium, Ecclesia Fenesens. Past., quem sibi q'q' part' hungariae  
 gentis sincerior, nondum castris initiata Sacramentatorum, Suprematum constituerat. Hi duo, conju-  
 ctis virib' strenue et fortiter caam Vra' egere, e' q'q' tueri inde tulere Adversarii, quantu'cu'q'  
 cum fastu et apparatus in Synodum confluerant, Inq' Coeli gigantea sua audacia expugnaturi.  
 Accidit q' haec, ut morbo gravi impeditus A. Dny Hebler, partes Synodice actionis, optimo et in-  
 tegerrimo Seni, Dno Nicolo, Pastori Ecclesia Insulanae, demandaret. Quod factu, nihil tere postea  
 acta est, quam quod Saxonum Pastores contenderent, ut Adversarii caam mutare Drina exponerent.  
 Ibi v' q' ne Orthodoxorum Patru' testimonia ad h' controversiae decisionem ad iudicium  
 adferrent. Tandem Adversarii, sicut lupi famelici, ab Ovili Christi, Ineprada, vacui et in glori  
 discesserunt. Cum v. in dies distidum fidei o' solum v' Culassius, d. et Polius, crederet, de-  
 crevit Rex, Johannes II. ad Supplicationem Nationum Transilvaniae, et Ministri Ecclesiarum  
 utriusq' Partis, publicam senarum collationem scriptis instituerent, si forte hoc modo in testina  
 o'ia componi, et animi opinionibus distracti, in eadem salute viam reduci possint. Convent  
 igitur alia

SYNOD,

Synodus X. Pastorum Saxoniorū, Annō 1560. Medygeschimi, d. 10. Januarii celebrata.

Octo tractatū de Coena Dni  
Doli Controversia.

In hac, dissentientib. jam Ecclesiarū Hungaricarū Pastoribus, Saxonici Past. Preside Dno Mathia Heble  
Lugubitate suo, octo tractatib. totam Controversiam de Coena Domini firmis argūtib. ex p̄bo D̄i, et  
umq; Doctorum, in qm̄ Ecclesia luminū, consensu reboratam, Adversariis ante oculos p̄suerunt. Quorum  
tractatuum Capita sunt hęc:

- I. De verō usu Coenae Domini.
- II. Quod corpus et sanguis Christi, verē et realit̄ ad sint in Sacram. Coena, et cum pane et vino, accipientib. realit̄  
accipiuntur.
- III. Quod vera Ecclesia credat et conficiat, q̄ solū dignos, d. indignos m. verū corpus et sanguinē Christi in Sacramento  
Coena accipere.
- IV. Quod non solū fide, d. et ore, corpus et sanguinem Christi sumamus.
- V. Quod, qui veram p̄sentiam corporis et sanguinis Christi in Coena negant cum pane et vino porrigi et sumi:  
item: qui negant, verū corpus et sanguinem Christi ab Indignis, ore corporalit̄ in Coena sumi, Anathema,  
Sacramentarii, Haeretici, et ab Ecclesia D̄i, damnati sint.
- VI. Quod vera Ecclesia in Sacramento Coena, utraq; sp̄ce utat, secundum Institutum Christi.
- VII. De Transsubstantiatiōe.
- VIII. Deniq; argūta p̄cipua Sacramentariorū, q̄ errorem suum onerunt, diluēde explicata, et Sancto-  
rum Patrum sententia reputata.

Conclusio. Haec octo capita de S. Coena Dni, et in uā serie testimonis sp̄sū S. seu f̄m̄e et  
sermō v̄t̄is. Senis pie antiquis Sanctorū Patrum; Consensu plurimorū Rorum Illustriū Principum, plu-  
rimorū Episcoporum, atq; recentiorum Doctorū Virorū, Ecclesie Fidelium Doctorū, approbatiōe  
et iudiciō declarant, probant, confirmant, et demonstrant. Quisq; igit̄ in h̄o Sacramento verā  
Cognitione consistere desiderat, et hilari conspectu coram sermō Filio sermō Patris comparere, ipsū  
verbu D̄i sequatur. Et, quod ad sacramentū Coena attinet, hanc sanctorū Synodum diligenter in-  
tuere, et conspexerit, Filii D̄i et sp̄s. eandem eē sentiam. Hanc amplectere, et fructus, mercedis, et im-  
pias inimicorū opinionēs de Sacramento facile contemnes. Si a. in ipsis quoddam aliena et adversa vi-  
debunt, ea t̄i cum presentib. conferas, et videbis, in illis nullam diversit̄m eē, n̄ qd̄ aliquando rem  
et effectum distinguant, et cum externa actione, v̄nam fidem requirant.

Ad 1725, d. 20. Junii.

Antithesis D̄i. Lutherana  
et Persona Christi, et Calviniana.

Adiecta est ab iisdem Synodalibus, Antithesis D̄i. Lutherana et Calviniana  
de Persona Christi, et Eucharistia, per columnas sibi mutuo oppositas.

- Utraq; consistit Pars:
- I. In Christo duas eē n̄as: Divinā, q̄ ab sermo est, et f̄m̄e; et Humanam, q̄ ab sermo, aīa et  
corpore consistit.
- II. Has duas n̄as, Divinā et Humanam, in Christo personalit̄ eē unitas.
- III. In definitione autem Unionis Personalis, quid sit? dissentiant. Nam:

Lutherani | Calviniani



Utherani

docent, Unionem personalem duarum naturarum in Christo, nihil aliud esse, quam quod Persona naturam non verbatenus tantum, d. in re ipsa et vere, omnem suam Majestatem hanc naturam communicavit reali communicatione: alias n. Christo hunc non et appellatio Majestatis conveniet tantum, quod sola et ipsum et alios Sanctos discernit, in quibus Deus habitat, et eis ipsam, d. omnia communicavit.

II. asseverant, vocabulum Unionis personalis in Sacra Scriptura non reperiri, d. a Sanctis Patribus inventum. Rem ipsam v. hac vice factam, tam perspicue et dixerit in S. Script. imprimis v. a D. Paulo explicatam, ut ipsorum iudicio in Scriptura. Exeret illustrius, quod videlicet Deus omnem suam Majestatem, Jesu, Maria Filio, communicavit, que eminentia nulli Angelorum a Sanctorum contingerit. Joh. 1,, Matth. 28,, Eph. 1, 4, Phil. 2,, Col. 2,, Hebr. 1, 11. Psal. 8.

V. Statuunt, Naturas in Christo inconfusas permanere, et hanc naturam hanc communicatione non aboleri. Alio n. modo proprietates Divine de Natura Divina predicantur, aliter, de natura humana. Et enim in natura Divina propria Dei, et esse Dei, simpliciter unum sunt, in homine

Christo a. propria communicata, et essentia humanis longe diversissima sunt. Hoc n. participatio Essentialis propria Dei, quod personaliter videtur dicitur, quod nulli modo propria. Quapropter, esse Deus et homo in Christo persona suo modo, aequalis sunt potentia et majestati, non tamen simpliciter una est Majestas; altera n. est participata, altera non est participata: quilibet a. natura pro modo Majestatis suae adest rebus omnibus, in hac unitate personae, et agit, quae naturae in Christo non confunduntur.

VI. affirmant, Christum hunc in professione huius Majestatis in utero Matris fuisse, in quo eius communicata est, eamque semper habuisse, et tempore ac loco, quo ipsi pro liberrima sua voluntate visum fuit, usurpasse. Luc. 2. Loh. 2.

VII. Credunt hi, Christum hunc, pro ratione gloriosorum corporum, in coelo esse; d. quatenus ad dexteram Dei sedet, non certo aliquo loco circumscripto; quae ratio

Calviniani

contra docent, Deum in Christo hunc, peculiari quadam ratione, tamen in templo suo, ita habitare, ut hanc naturam si participata facta, omnium proprietatum Divinae naturae reali communicatione, l. transfusione proprietatum Divinae naturae in humanam.

II. contra docent, Unionem personalem duarum naturarum in Christo in Sacris literis non explicatam esse. Ideoque, eius declarationem, ex Scriptis Sanctorum Patrum esse petendam.

V. contra asseverant, hanc transfusionem proprietatum Divinae naturae in hanc naturam fieri non posse, sine hanc naturam cum Divina confusione, a abolitione.

VI. contra pugnant hi, Christum hunc hanc Majestatem in statu humanitatis suae caruisse, et ea, de qua ipse loquitur, post resurrectionem suam tandem sibi acquisivisse.

VII. contra volunt hi, Christum hunc, post resurrectionem, in uno coeli loco esse, in terris autem spem et Divinitate suam tantum agat.

63

quā rācē non modo, ut D. Eus, d. m. Inqm̄ venū hūz  
lubiq; locorum in Coelis et in terra p̄sēns sit, et  
efficax ad nostram Salutem.

VIII. ajunt hi, quōd j̄s rācē dextera D. Eus, et  
verūm verborum suorum, Ch̄s non modo s̄c̄r̄e, d.  
m. sū corpore et sanguine p̄sēns sit, eaq; cum pa-  
ne et vino, oib. in coena vescentib. distribuat; sic  
ut n. aīa sine corpore nihil facit, d. p̄ corpus omnia: ita dōp̄s nihil facit, sine hūm̄ne assumta, d.  
oīa p̄ eam, et cum ipsa, quā j̄s se collocavit, qui est dextera D. Eus Patris.

IX. Sentiant hi, verba Christi, qui est aīa  
veritas, tñq̄m verba N. Testamenti, esse perspi-  
cua, et secundum phrasim, adeoq; p̄p̄rieta-  
tem omnium linguarum, tam clara, ut p̄p̄rieta-  
tē aliunde, quā ex ipsis verbis petita, oīpp̄ hēant.

Ex qua brevi et perspicua Antithesi illi pax est, si Calvinistae, et qui cum ipsis faciunt, rācōis  
hūm̄, quā in Dōm̄s redat̄, vicia est, viciatōis abjiciant, et verā fide Majest̄m dextera D. Eus intue-  
rent; id quā Ch̄s hōō collocat̄ est, quā ipsi perperam toto definiunt, fore, ut omnia conci-  
derent, qb. j̄ p̄p̄riam corporis et sanguinis Christi, sine oī scripturarum vera auctoritate p̄-  
gnārent, sibi, ab oib. illis errorib. caverent, in quos ignorā h̄ōō cōmunicata M̄ris delabunt.

Dñs J̄sus, Ch̄s, verus D. Eus, et verus hōō, indivisib. et inconfusib. totius mundi Redemptor  
et Salvator unicus, ejusdemq; mundi Administrator, rebus omnib. vere p̄sēns, totus, faciat, ut mi-  
sero nos q̄q; tandem cum ipsius gloria, et aīna salute, post durissimum hoc certamen, unum fiam̄,  
simus, et in aīnum permaneam̄. Amen!

# SYNOPSIS XI. Pastorum Saxoniorum, et quorundam Hungarorum, Medgyesheim, A. 1561. 6. Februarii, coacta.

In hac Synodo, mandante Serenissimo Rege, Johanne II. Electore Saxoniae, suam de verba  
Dei sententiam quatuordecim Propositionibus comprehensam, advenarunt, eamq; addita brevi alia, de  
eadem maā, confessione, de voluntate Regis per certos Legatos, nominatim, A. A. D. D. Geor-  
gium Christianum, Past. Heltensem, Casp. Libm. Decanum, Nicolaum Fuchsium, Antistitem Thomig-  
bergensem, Casp. Loron. Decanum, et M. Lucam Unglerum, Gymnasii Cibinici Rectorem, ad  
celeberrimam Germaniae Academiam transmittunt, Alms Facultatib. Theologiae censendam. Quae  
confessio, una cum iudicio quatuor Academicarum Germaniae super eadem, Typis Lovrensis, gratia  
Prin.

Synodus p̄ Rege, d. m.  
nabon 11. coacta.

Legati A. A. D. D. Saxoniae  
et Hungariae

— W

G

— W

V

et Privileg

Matth

Esse ma

una pira

grastatur

varias fil

sunt. Nun

praterw

carum ex

Dei, mo

velut in ca

nam del

contemnan

Scriptura

et illegim

stante it

Dontab e

et Judai

si haec pny

illozum a

quaxi, ni

Controve

Consi

gloem, a

damentu

est. Ver

Itu, y

Nun

contem

ne qu

et rece

lem mex

hoc ha

Anno 1576.

236.

**SYNODUS XXI. Provincialis, Auctoritate Stephani Bathori, Principis, ex utraque Natione, Etyediunum, Anno 1576. convocatis certis Pastribus, constant.**

In hac Synodo Hæresiarcha, Franciscus David, ex Concione Aureo, nunc iam Pastor Aca-  
diopolitanus redditis, cum aliis nullis Dialecticorum lequeis vincibilis fuisset, eo, quod Prometheus fuisse  
volubilior, ab una muliercula, propria mimum Coniuge, ita coarctatus est, ut infamiam publice notatam,  
omnem sui existimandem, apud omnes bonos amitteret, talia namq. in conspectu utriusq. Nationis Pastorum,  
illi obiecta sunt à Coniuge flagitia, eaq. quidem Testib. evincensib. comprobata, ut hanc ab illo per Divor-  
tium divelli, Leges publicæ adigerint. Itaq. divortionata à marito, in fidei instituti divortii, impetravit sequens

**Instrumentum Divortionale.**

Nos, infra scripti, vocati et electi, ad indictam Synodum Etyediensem, utriusq. Nationis,  
Auctoritate Principali, ad propositam Actionem Matrimoniam, et Franciscum David, et ipsius Coniugem,  
Catharinam Bathori, penitus cognoscendam, et definiendam, talem sec. d. b. Eiusq. iustitiam, tutamq. Lenam:

Littere Testimoniales, testimoniorum prolatorum manifestè ostendunt, neq. Franciscum, neq.  
Coniugem eius, culpam vacare, cum in conjugio satis anarulenter et odiose cohabitaverint, et tanto idem  
odio exacerbati, continuis discordiis, se mutuo laceraverint, ad nullus iniquis reconciliationis motus in-  
veniri potest, et ne ne quem ultra spes, pia et ipsius conjunctionis, sperari possit, imò pejora prioribus metuen-  
da sunt, ut maturè divullione separent. Licet v. uxor Francisci plus iusto proca, petulanti et  
virulenta fuerit in Maritum, dignaq. reprehensione et castigatione, ob inobediam et convivia, quam  
m. Maritus, pro sua prudentia, debito et legitimo modo compevere poterat, et ut in viam rediret, oib.  
modis operam dare debebat, abigendo mimum e domo, Julianam, famulam, que fomem domesticarum  
contentionum fuit, projectim, cum idem olim fecisset, non ignoret, Virum longe Sanctissimū, Abrahamū,  
qui Ancillam potacem et domesticam, pacem et concordiam turbantem p. auctoritate, domo eiecit:  
Ipsè tñ Franciscus, rebus suis pessimè consulens, prohibitis et illegitimis motib., vindictam quesivit,  
violatam mimum fide foederis et conjugii, sicut et testimonis palam convincit, quod mimum  
Uxoris, fama, honestati, vita, membrorum mutilatōe, que morte turrior est, iniuriatū sit, atq. Julia-  
nam, Famulam, ad litem fere intentandam, instigavit, conductoq. Procuratore, data pecunia et trinitio,  
in iudicium protrahi fecerit. Unde merito convincit, ipsum d. bitū conjugale violatū, et promide di-  
cto Pauli condemnari, qui ait: Si q. suorum curam non heat, fidem abnegavit, et Ethimio est de-  
terior. Secundo et in Eximen Desertionis impulit, dum uxorem legitimæ non modo litem m. fendi cu-  
rat, d. m. in litem attractam, et in periculo honestatis, vita, famelq. existentem, atq. Mariti fidem,  
auxilium, et defensionem, implorantem, inhumanissime, et s. n. a. legem, in summa necessitate deserent,  
illi suam

illi suam opem et defensionem denegando. Cum a. nemo suam Carnem. Teste Paulo, odio habeat, d. m. foveat p[ro]p[ri]a, et nutriet, nemo non a[di]vertit, quanta impietate debitam defensionem legitimam uxori denegaverit. Licet n. hac defentio non multo[rum] cohabitatio[m] admitta[re] videat, t[ame]n eandem hostili p[ro]p[ri]a sui a[di]o, voluntate crudeli; et d[omi]ni a[di]o p[ro]p[ri]a erga se[m] debiliorem, cui parere abuisset, evidenter declaravit; Voluntas n. actu expressa, p[ro] facto h[ab]et. Cum igit[ur] Franciscus evidenter. Testimoniis convictus sit, t[ame]n Desertor, vita Uxorit Insultator, et fidei conjugalis Violator, justis de causis de Divortio Synodus in hanc sententiam conclusit, ut, Catharina Barath, deinceps se juncta sit, et libera a Marito; o n. infideli Viro alligata est mulier. Propter ipsius t[ame]n contumaciam ipsi a Synodo imponit, ut a die late sententiae, integri anni spatio, in nuptia permaneat, t[ame]n, si continere nequit, in D[omi]no nubet. Franciscus v. ob violatum p[ro]p[ri]a conjugii in signu[m] poenitentiae, ab eadem die, late sententiae toto biennio, a contrahendo Matrimonio abstinere jubet. Ac licet Franciscus justis removeris, terat ab Ecclesiastica Functione, j[ux]ta dictum Pauli: Qui p[ro]p[ri]a domui p[ro]p[ri]a negat, quod Ecclesiasticus erit: item: Episcopu[m] oportet e[um] irreprehensibilem s[er]vare. d. cum nobis nihil commune sit cum eo, suspendant, si volunt, Magistrum, sui Discipuli, si minus: verba sunt ipsius Principis: habeant et recognoscant eum, ut magis adhuc donecat. Actum Enyedim, 1576. Die martis.

Pastores Ecclesiarum Saxonicarum et Hungaricarum Enyedim congregati.

**SYNODUS XXII. utriusq[ue] Universitatis Saxonicae, Anno 1577, Cibini congregata, pro Concordia v[er]o utrumque Patum alenda.**

In hac conditi sunt Articuli, quos Harmonicos, alios, Visitationis, v[er]o, Sec. quos, consentiente Illustrissimo Praeside, Christophoro Bathori, Lucas Unglerus, Superintendens, primam Ecclesiarum Saxonicae Evangelicarum in Franconia Visitationem, instituit. Articuli b[er]linenses divisi sunt, si, ut p[ro]p[ri]a Pastoribus 19. p[ro] Auditoribus v. 23. extant; Quinam ex illis Pastoribus, p[ro]p[ri]a, et Auditoribus, deservant, vide Praesidis 3b. immediati sequentibus.

Articuli Visitationis.

Anno 1578.

246.

Synodus XXIII. Provincialis, A<sup>o</sup> 1578, à Christophoro  
Bathori, Albam Juliam, ex utriusq; Gentis Pastoribus, et Nobilibus compluribus,  
in causâ ultimæ condennationis Francisci Davidis.

Is, postquam fatali existimâs sua clade nupera, post divorciû, mirû in modû exagitatus,  
omnem comminiscende Hæreseos curam abiecit, videtur, hoc Anno vicissim ad priorem reverentem  
inflatam, litam intentat reliquis Servetis Dissidulis, oblitusq; Helveticum, quorum observatio  
receptus cum sua hæresi in Patria, à Rege Johanne II. fuerat, toleratusq; in à Principibus  
subsequentibus, contra præscriptam Formulam negat Christum esse adorandum, cui ceteroq;  
Blandrata, cum reliquis omnem cultû Deo debita assererat. Quod distidit, ut com-  
neret, Faustum Socinum, Senensem, qui post obitum Lælii Socini, Patru sui, Tigurii deli-  
tuerat, ac nò Basilee scriptis illius compilandis, comorabat, Blandrata evocabat, qui  
futuri certaminis Hyperastetes, Provinciam ingressus, Claudiovici apud Franciscum, Blan-  
drata sumtus ferente, hospitabat. Hic callidissime in oib. Franciscum observans, omnes  
ejus sententias de rebus fidei, Albam Juliam, Blandratæ notificabat, ac ita serio cum Ho-  
spite de Invocatioe Christi, quam ipse affirmabat, frustaneò conatu disputabat. Mox  
justo Dei judicio, in reprobâ sensum traditus, ex uno absurdo in aliud majus, prolapsus est  
Franciscus, blasphemans, Christum esse nudum hominẽ, à Patre ab æterno genitum, c. ab initio  
ante omnes creaturas, à Deo creatum, c. ex surgente Spiritu S. in utero Mariæ con-  
ceptum, d. ex semine Josephi semine procreatum, ut gl. h. ex semine Paterni generat;  
mortuum, o ut Justificatorem, collocatum ad dexteram Patris absq; ullo Mediatoris  
officio, pluraj alia eruciant, quæ l. Judæorum, Turcarumq; blasphemias impietate  
vincerent. Cum hæc Blandrata eum Socino, ex ore et scriptis ejus illigeret, atq;  
jam vulgo innotescerent, merentes, ne terti hi errores sibi inimpulerent, ma-  
luerunt in tunc Antesignanum suum ipsi prode, quam errorum horum tam crassorum  
confessio, in apertissimâ vitæ et fortunæ hidrinen maderet. Decretis igitur Prin-  
cipis ac Consiliaris, Diabolo hoc furore, Princeps Franciscus aliquandiu in Aedibus  
Parochialibus. Claudiovici, sub custodia Satellitum continuit, mox evocata presen-  
ti Synodo, Albam Juliam, traditum, Procerum et Pastorum judicio, subjecit, ut,  
cognitâ causâ, eundem l. condennarent, l. absolvent, l. si ad frugem reduci possent,  
informarent. Dolebat hic Franciscus, fatum Christophori Halmagii, Viri Nobili-  
tatis nati, magnâq; Potentiâ pollentis, qui, cum ei hic multum prodesse se hussent,  
paucis ante, postquam gladio Francisci Doyma se propugnaturum, frustra perisset,  
ingvinitis do-

123

A<sup>o</sup> 1725, d. 10. Febr. + ingruis dolorib. mediū crepitul, turpiter vitam finierat. Introdutus in congregacem, & rogabatur  
 num illarū astertionū Authōr eēt, quas non solum vulgus suas diceret, d. et hi, qui antea ipsi con-  
 juncti fuissent, sibi adjudicarent? Ille, cum negare non pōt, respondit: Le ab initio moti certaminis  
 idem docuisse, quod alii, qui in ipsum jam solum fabam tūderent. Jussit ergo altera die, ex ordine di-  
 cere senam, ad hoc delectis, unanimi consensu damnat ad xēnos carceres, prima tū orū a suis Dis-  
 pūlis, et Blandrata, p̄mario suo Doctore tūq̄m Blasphemū, et novū Dymatis Inventor, 2<sup>o</sup> Regni  
 decretū, de Anno 1577, dignū, in quem Salicū, pro suo arbitrio, vitæ nequā foraslatem, hūc  
 q̄ vñq̄ jure, sibi concessam habent, animadvertat. Pronunciata senā satis incompōsiti et indecorā  
 ab Apparitorib. in carcerem reducit. Inde post triduanā Devam transmissus, ibidem carceri includit,  
 ubi continuo irrequiete consciā Vestis incubatū, fractis jam partim senis, partim solitudine, vir-  
 ribus, cum quōsdam ceu faxit, horribili morō exagitatū, comunig sensu et radē p̄vātū, per  
 triduanū, sine respiracōe horrendum ululāsel, & assidua spectorū terriculamenta a Spectatorib.  
 m. observatorū, visis m. nonnumq̄m, quos utinens leniter appellabat, Diabolis, quæsitūq̄ fugitū  
 latebris, miserabili exitu vitam finit. Anno post sequenti 1579. d. 6. Junii. C. hūc hūc inges-  
 mi luxuriosam proccacitatem? Vide hæc germanicō Idiomate prolixius descripta apud Simonem  
 Militem, in Diablenbüchsen Würz: Ingol. Qui hanc Tragediam retrō ad Imperā Johannis  
 II. Ὠχρονόγος referit.

Theses Francisci Davidis, de Filio Dei, emanata, A<sup>o</sup> 1595.

I.) Homo ille, Jesus Nazarenus, Mariæ, Josephi uxoris, Filius, ex quōdam Josephi Semine  
 conceptus et natus sit, quacūq̄ tandem rāde, necesse est, si volumus Eū Messiam illū esse, in V.  
 Testamento a D<sup>o</sup> p̄missum.

II. Ille ille, Jesus Nazarenus, qui q̄d. Christus appellat, q̄ per sp̄m̄ Propheticū, d. t̄mōdō p̄  
 sp̄m̄ S. loquutus est, h. e. quacūq̄ a D<sup>o</sup> legatus fuerit, q̄ t̄n, quacūq̄ verba docendo dixit,  
 ex ipsius Dei ore processisse censenda sunt.

III. Hinc fit, ut illius, et Apostolorū eiq̄. Præcepta ad Moysaica Legi, et aliorū Prophetarū  
 Oraculorum normam expendenda sint, et si q̄d l. Divinū, l. diversū ab his, in illis reperit, aut  
 reperiri videt, id a rejiciendū, a certē ita interpretandū sit, ut cum Moysi et Prophetarū Verba  
 planē consentiat, quæ sola morum, vitæ et D<sup>ni</sup> cultus regula eē d̄bat.

IV. Nam v̄ Verus per Moysen, et Novū, per Chr̄m̄ percussū Fœdus, nulla pepitit, l. in Firma,  
 l. ea præsertim, q̄ ad mores spectat: l. in q̄m̄s promissionibus differentia patiēda est, q̄. in hoc  
 tantum modō differre d̄iēnda sunt, quod in V. Fœdere, Litera, in Novū v̄. Spiritus Ministe-  
 rium fuerit, ad cō, ut ceterorum per hoc, illud nec antiquatū, c. imutatū ullō modō, d. confir-  
 matū d̄iē d̄bat.

V. Præsertim, cum Novū illud Fœdus verē hant. ad tempus tantū, idē per hūc extite-  
 rit, usq̄ ad Hierosolymæ excidium, c. postea locū, nisi ex parte aliqua, habuerit, a habitū  
 sit,

sit, donec Iesus Christus iterum ad nos redierit, et in hoc mundo, ipsa Hierosolyma instaurata, super carnali populo Jacob, ut ceteri Reges terrae solent, iustissime tñ et sanctissime regnaverit.

VI. Interim Iesus revera est Christus, sive Rex populi Dei, d. designatio tantum, cum ex oib. Prophetarum oraculis certum sit, illum Christum à Deo promissum, nullum aliud Regnum, quam terrenum, et quale supra dictum, esse habiturum.

VII. Ut ejusmodi Regnum statim haberet, missus fuit Iesus à Deo in mundum; d. q. noluerunt eum Judaei, quibus promissus fuerat, et quum Rex esse debbat, recipere, postquam ab ipsis Dei propositum remissum fuit, sustulit eum Dominus ab eis, et in Coelum transtulit, ubi tuto in Dei protectione quiescit. Hoc siquidem est, Sedere in Coelis ad dexteram Dei.

VIII. Itaque illic expectant, donec subjiciant omnes inimici ejus, et ita Regnum sibi promissum habeat, nihil vni ipse agit.

IX. Non igitur Deus dici amplius potest, quemadmodum fortasse, cum in mundo versaret, dici poterat, officii ratione, nam ab officio, ut dictum est, nunc plane cessat.

X. Propter hanc eandem causam curpiter errant, qui eum absentem nec adorant, quod non nisi divina ratione potest fieri, cum ne tunc quidem, cum praesens erat, sine maxima Dei offensione, aliter quam civili et humana ratione adorari posset.

XI. Quare etiam illi c. servare, c. cultum aliquem prestare, aut possumus, aut debemus, alia ratione, quam ei obediendo, id est, ejus praecepta servando.

XII. Neque illi m. confidere, nisi quatenus ea, quae nobis dixit, vera esse credamus, et quae nobis Dei nomine promissum, acceptumque nos esse, firmiter speremus.

XIII. Illud a. invocare, h. e. auxilium ejus et opem implorare in necessitatibus nostris, perinde est, ac si quis Mariam, ac alios Sanctos mortuos imploraret, qui c. exaudiunt preces nostras, c. m. aliquid nobis largiri possunt, usque ne minimum quod testimonium habent.

XIV. Sed c. ipsum ita invocare possumus, ut pro nobis oret Deum, l. nobis aliquid à Deo impetret, non magis, quam predictos mortuos Sanctos, o. n. amplius v. Deum et nos, Mediatoris officio funguntur. nam, quod scriptum est, eum adhuc pro nobis sperare, nihil aliud sibi vult, quam preces, quae dum viverat, pro omnibus ipsis fidem habiturum obtulit, efficaces merito in Dei conspectu esse.

XV. Porro ejus Sacerdotium, si modo revera unquam fuit, tunc re ipsa finem habuit, cum in carne exspiravit, nam alia ratione ejus oblatio nobis non prodest, a. prodesse potest, quam propter ipsius oblationem, quamvis jam transiit, efficaciam, quae perpetuo durabit; propter quod etiam ejus Sacerdotium perpetuum, et ipse in aeternum esse dicitur, et adhuc peccata nostra esse expiare, alicubi fortasse scriptum est.

XVI. Quamobrem Iesu Christo, in sua quiete placide versanti, dimissis, nihil nos ab eo nec juvari,

l. credimus.

124



Anno 1578 et 1605.

240

vel credamus, l. curemus, nisi quat. dum hic nos fuit, Salubri viam ostendit, et ad Deum accedit  
q; modum docuit, donec apud nos Regnum recuperaret, revertens, verum Christus Dei fiat, et in hoc mun-  
do personaliter presens, nos Dei virtute fovet, atq; sustentet. Nim ad Deum ipsum solum, nulla Christi pre-  
sente alia ope, aut potestate confisi, perpetuo confugiamus.

Ad 1725. d. 11. Febr.

**SYNODUS XXIV. Pastorum Saxonorum, eodem Anno 1578. Mege-  
schinum, ad 10. Junii a. Dno Luca Unglero, Superintendente conscripta.**

In hac I. Articuli condunt de precipuis christiana Religioni Capitibus, qui ita sonant:

- I.) Unanimi consensu, ex vera christiana Concordia, presenti Synodo nostra, sancte et constanter etc.
- II.) Consistenti q; et constanti ore et corde confitemur et docemus, hanc esse veram Dei agnitionem etc.
- III.) Doctrinam de Filio Dei, Dno nro J. C. fidei et incorrupte docemus, et honoramus Filium Dei etc.
- IV.) Sicut verus consensus in nris Ecclesiis retinet de Dei essentia, et vera Dei agnitione q; e fundamentum etc.
- V.) Deus immensam suam Bonitatem, imprimis ad abundantissimam manifestavit erga genus humanum etc.
- VI.) Arcana Mytheria Prædicationis fidei, nequam humana curiositate inquirenda esse docemus etc.
- VII.) Homo a. in initio, a Deo purus et perfectus est conditus, ad imaginem suam, in justitia etc.
- VIII.) De Justificatione coram Deo constanter docemus, eam non merendam esse in nobis etc.
- IX.) Licet v. in causa justificationis, fides sola, qua meritum Christi apprehendimus, etc.
- X.) In nris Ecclesiis inculcat perpetuo illa Salvatoris vox: Agite benedictionem etc.
- XI.) Quemadmodum in Ecclesia nra Saxonica summa cura habetur, puritas fidei coelestis etc.
- XII.) Baptismus est inutilis Ceremonia, q. Actus Christi mandato inspirata etc.
- XIII.) Summa cum Veneratione Coenam Domini a Prohibita, in nris Ecclesiis retinetur, etc. *NB. Vide hodie Articulos*

plenè et fusiè *descripti* infra, a pag. 299. ad 306. usq; inclusive; Sub hoc Titulo:

**ARTICULI de Urina, conditi in Synodo Mediensis, Anno 1578. d. 10. Junii.**

atq; repetiti ibidem, d. 25. Junii. Anno 1605, et approbati: ad haec usq; ultimi Articuli etc.

Circumgestivam fensicam, opus opatum, et horrendas Mytheriarum prophanitates! et adve sequ:  
Aeterno Deo Patri, una cum Filio suo, et spiritu S. sit virtus, honor, potestas et gloria, in  
Omnem aeternitatem. Amen!

II. In eadem Synodo, ex singulari quorundam dispositione remota fuerunt! quo Festa Syno-  
licorum, Petri et Pauli, ut et Jacobi, propter nevia opera rustica, q; passim esse ista Festa inci-  
dunt. Disputaturq; m. de celebraoe aliorum Festorum anniversary, ut reliqui m. Dies Apostolici  
vix, adimidiatim saltem celebrentur, ita, ut finitio officio matutino, cuiuslibet liberè concessus  
et

# VÉGÉ

*ad Pige*  
I. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
II. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
III. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
IV. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
V. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
VI. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
VII. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
VIII. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
IX. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
X. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XI. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XII. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XIII. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XIV. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XV. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XVI. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XVII. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XVIII. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XIX. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.  
XX. F. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.